

# Sarum Compline : Latin.

## Errata, first printing, 2018.

1.



*R.* Et a-vérte i-ram tu- am a no-bis.

3.

2. Inclína ad me àurem tuam : accélera ût éruas me.

57. Post ps. l. additur:

*Per totum quadragesima iste psalmus penitentialus dicetur post psalmum Miserére. quando de feria agitur, nisi in sabbato et nisi festum ix. lectionum in crastino sequatur.*

### **C** Psalmus. cxlij.

**D** Omine exáudi oratióne meam : áuribus pérceipe obse- cratióne meam in veritáte tua exáudi me in tua justícia.

2. Et non intres in judícium cum servo tuo : quia non justifi- cábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

3. Quia persecútus est inimícus ánimam meam : humiliávit in

terra vitam meam.

4. Collocávit me in obscuris sicut mórtuos séculi : et anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

5. Memor fui diérum antiquó- rum meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : in factis mánuum tuárum meditábar.

6. Expándi manus meas ad te :

ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

7. Velóciter exáudi me Dómine : defécit spíritus meus.

8. Non avértas fáciem tuam a me : et símilis ero descendéntibus in lacum.

9. Audítam fac michi mane misericórdiam tuam : quia in te sperávi.

10. Notam fac michi viam in qua ámbulem : quia ad te levávi ánimam meam.

11. Eripe me de inimícis meis Dómine ad te confúgi : doce me fácer voluntátem tuam quia

Deus meus es tu.

12. Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : propter nomen tuum Dómine vivificábis me in equitáte tua.

13. Edúces de tribulatióne ánimam meam : et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

14. Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : quóniam ego servus tuus sum.

Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio et nunc et semper : et in sécula secu-lorum. Amen.